



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

VIII. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

B. Gerarchinus Ord. Cisterc. iussus à superiore panes pinsere, artis hujus ignarus coram imagine Deiparæ procidens sic eam est allocutus: *Jubeor, ô Domina! panes pinsere, & nescio, quid agam?* Placuit Virgini confidentia, ei que amicè respondit: *Ora tu, & ego tui locò fornaci serviam*, perexit orare Gerarchinus, sed & panes in tempore pisti sunt. *Auriema p. I. f. 23.* Omnibus omnia fit Maria.

B. Gerarchine gratias tibi ago, quòd quòd in dubiis & necessitatibus mihi recurrendam sit docueris; Auge in me teneram & filialem erga Sanctissimam Virginem confidentiam, ut illa mihi viventi & morienti velit assistere. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies milies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: Si quid factu, vel toleratu arduum mihi occurrat, ad B. V. confidenter recurram.

O Domina Mater es Justificationis & justificatorum, Genitrix es reconciliationis, & reconciliatorum, parens salutis & salvatorum. *S. Ans. in medit.*

Quæstio: An obsequia domestica B. V. ipsa peregerit vivens, an ancillam habuerit?